



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

Henrici Valesii Annotationes In Librum Quartum Historiae Ecclesiasticae  
Eusebii Pamphili.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

HENRICI VALESI  
ANNOTATIONES  
IN LIBRUM QUARTUM  
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ  
EUSEBII PAMPHILI.

In Caput I.

*Pag. 115.* **A** MÖRTÖ SADINATOR. In Chronico Eusebii initium Primi Alexandriae Episcopi cadit in annum 10. Trajani. Alexandri quoque Romani Pontificis initium collocatur anno 10. Trajani. Sed & in annis Episcoporum tam Romanorum quam aliarum urbium digerendis, observavi Chronicum Eusebii plerumque dissentire ab historia Ecclesiastica. Sive ea exscriptorum culpa est, sive Hieronymi Interpretis, sive ipsius Eusebii. Nam in tanta differentia, difficile est erroris causam adsignare. Porro cum historia Ecclesiastica post libros Chronicorum ab Eusebio scripta sit, ubicunq; ejusmodi dissentio occurrit, id potius sequendum videatur, quod in historia Ecclesiastica scriptum est.

A tempore Judæi quasi rabi efferati, per diversariorum partes exarserunt. Nam & per totam Libyam adversus incolas atrocissima bella gererunt: que autem interfictis caloribus desolata est, at nisi post Hadrianus Imp. collectas illuc aliunde colonias decessisset, vacua penitus terra abrabo habitatore manasset. Hæc Orosius ex Chronico Eusebii. Deha coloniis ab Hadriano Imp. in Lybiam missis, intelligendum esse videtur, yetus Epigrama incertorum nondum editum:

Ἐγκαὶ Λιβύων Νασαμονίδες, ἔλτη  
ἴσποντος νέων βαρυθύται.  
Ηχεῖ τηρηματοντι πετρονεόντες λίθοτοι  
ἀργυροῦ, Φαρανθοῦς ἡγεμονεύοντες  
Φύλοι ἐπειδὴν απελθεῖσι οἰχοπόδησιν ἀγρούς  
ιεραλικούς τετάρτους καὶ ταράθηνται  
Αἰ δὲ τοῖς ἀγροτῶν ιεροπόδησιν αὐτῷ  
Σηρῆν, συνάρδουσι τοῖς βοσκατοῖς.

In Caput II.

*Ἐπὸς τοῦ σωτηροῦ Ἀλεξανδρεῖ.* Rufinus vertit: Primo simul commanentibus vicinisque gentilibus inferre certamina. Sic enim legitur in manuscripto codice bibliothecæ Regiae. Hieronymus autem in Chronico interpretatur, *adversus cohabitatores alienigenas*. Langus vertit *adversus cives suos Græcos*. Musculus autem & Christophorus gentes veterunt, nimis laxo & ambiguo vocabulo. Aut Gentiles enim, aut Græcos vertere oportet, aut utrumque pariter ut fecimus. Judæi qui cum Græcis seu gentilibus in urbibus & oppidis habitabant, & æquum jus civitatis cum iisdem habebant, sapienter cum illis jurgabantur; ut solent seditiones ac tumultus nasci ex religionum discrepancia. Græci enim Judæos cives habere deditabantur: contra Judæi, deteriori conditione quam reliqui cives agere solebant. Hinc frequenter rixa per singulas urbes, tum in Ægypto tum in Syria, ut Philo & Josephus testantur. Idcirco autem Gentiles & Græcos in interpretatione mea simul posui, quod unica vox non sufficere videbatur. Neque enim solos Græcos tunc adorti sunt Judæi, sed etiam indigenas Ægyptios & Libyas. Neque rursus solos Gentiles, verum etiam Christianos, quorum non mediocris tunc erat multitudo in Ægypto & Cyrenaica.

*Id est:*  
Finis Libya Nasamonibus vicini, non amplius ferent  
Agmina continentis vestra dorso portantes,  
Solitarios leonum expavescatis rugina,  
Resonantes ultra ipsas nomadum arenas.  
Quandoquidem innumerabilem turbam laquei cepit  
Cæsar milites sub unum simul affectum suum.  
Et montium vertices qui prius fuerant cibilia fuit,  
Nunc ab hominibus incoluntur & arantur.  
Corruptus est versus antepenultimus, quem  
restituendum puto.

Ἐπίλας αἰγαλεῖταις Καΐσσας ἐθνεύεται.  
Μάρκους Τύρωνα. Ab hoc Judæos deletos efficit  
bit etiam Spartanus in Hadriano. Marcius, inquit  
Turbone, *Judæos compressis, ad deprimendum insulatum Mauritania definato*. Ad quem locum hallucinatur Salmasius, qui putat Spartanum loqui de  
tumultu Judæorum sub Hadriano, cui bello fuisse  
ait impositum Marcium Turbonem. In quo longe  
fallitur. Nam bellum Judaicum sub Hadriano con-  
fecit, Julius Severus, ut docet Dio; multo post ini-  
tium imperii Hadriani de quo hic loquitur Sparta-  
nianus. Marcius autem Turbo extremis annis imperii Trajani Judæos comprescerat, quemadmo-  
dum hic testatur Eusebius. Itaque Hadrianus im-  
perium recens adeptus, cum Mauri post obitum  
Trajani tumultarentur, Turbone qui recens  
Judæos comprescerat, adversus Mauros militavit, ut  
eadem felicitate qua Judæos contriverat, Mauros  
etiam compesceret. Hic est sensus Spartani.

Δικτιώ καὶ τῷ Rectius apud Nicephorū legitur  
Δικτιώ καὶ τῷ: apud Rufinum in vetustissimis editio-  
nibus scriptum est Lufio Quieto. Codex Maximi-

*Pag. 116.* *τοὺς δὲ αὐτὴν ρόμενος.* Castella vertit Rufinus magno errore, cum Praefecturas vertere debuisset, aut nomos ut Plinius. Tota enim Ægyptus in nomos di-  
visa erat. Potro de hac totius Ægypti & Libyæ va-  
statione à Judæis facta, præter Dionem Orosius in  
lib. 7. hæc habet: *Incredibili deinde motu sub uno*

Fek. & Savilius scriptum habent. *Excerptis ex Dione Cassio quæ ante viginti annos edidimus.* Erat hic Maurus gener, non ex provincia Mauritania, sed ex Mauris barbaris qui Romano imperio federati erant. Et initio quidem præfeturam alæ Maurorum geserat. Sed non multo post damnatus ob nequitiam, cum ignominia dimisus fuerat. Postea verò bello Dacico, cum exercitus auxilio Maurorum egeret, ipsæ egyptianam operam navavit. Quam ob causam primis atque honoribus adfectus, longe plura ac majora facinora altero bello Dacico edidit. Tandem verò bello Parthico quod adversus Parthos Trajanus gerebat, eò fortitudinis ac fortunæ simul processit, ut inter Prætorios relatus, consulatam quædeputus sit, & provinciam Palæstinam rexerit. Quæ res ei primò invidiam, postea odium ac periculum attulere. Hæc Dio in lueulentis illis Excerptis. Quibus addam insignem etiam Themistii locum in gratiarum actione ad Theodosium Augustum pro pace, & pro consulatu Saturnini Magistrorum.

*In Caput III.*  
τοῦ ἀπόστολοῦ ἡ ὁράθαις. Italoquitur Clemens Alexandrinus in lib. 7. Stromateon. ὃ γραπτὸν ἄρα ἡ μητέρα τοῦ αὐτοῦ πρίτανος γραφεῖ, πώλαπος οἰκονομὸς καὶ εὐκληπταστὴν σύζυγον ὁράθαις τῶν δογμάτων. Videatur autem hoc locutio defumpta esse ex Epistola ad Timotheum, in qua Apostolus dixit, ὅτι τομοῦ τὸν λόγον τῆς αἱνῆσας,

*In Caput V.*

τοῦ ἀπόστολοῦ πρώτης. Nostri codices Maz. Med. ac Pag. 117. Fukius, scriptum habent τοῦ ἀπόστολοῦ, quod quidem mihi videatur elegans. Paulo post ἵβατον per simplex scribitur in optimis exemplaribus Mazarino ac Medicæo.

*In Caput VI.*  
τοῦ ἀπόστολοῦ πρώτης. Nostri codices Maz. Med. ac Pag. 118. Fukius, scriptum habent τοῦ ἀπόστολοῦ, quod quidem mihi videatur elegans. Paulo post ἵβατον per simplex scribitur in optimis exemplaribus Mazarino ac Medicæo.

*In Caput VI.*  
τοῦ ἀπόστολοῦ πρώτης. Rectorius in nostris codici bus Maz. Med. Fuk. & Saviliiano hic locus scribitur hoc modo: εἴναι τὸν μεταξὺ τοῦ μεταξὺ πρώτης. Quanquam Savilius post vocem μεταξὺ, ad oram libri sui addiderat τινῶν, ex conjectura ut opinor. Rufinus verò in suo exemplari legiſte videtur μεταξὺ. Sic enim vertit: Anno post quem ἐν uno mense, Alexandrina Ecclesia moderamen Eumenes sexta successione suscepit. Porro hic Eumenes in Chronico Eusebii quod Hieronymus latine vertit, dicitur Hymenæus; vel ipsius Hieronymi, vel, quod libentius crediderim, librariorum errore.

*In Caput VI.*  
τοῦ ἀπόστολοῦ τῆς ιudeias. Eusebius in Chronico. Anno sextodecimo Imperii Hadriani. *Judei*, inquit, in armaveri Palæstinam depopulantur, tenente provinciam Timo Ruffo, cui ad opprimendos rebellibus Hadrianus misit exercitum. In Chronico Georgii Syncelli qui Eusebii scripia compilavit, dicitur τίνος Ἰουδαίος. De hoc Timo Ruffo Hieronymus in Danielem cap. 9. ita scribit: *Quonmortuo, transactis septem hebdomadiis, id est annis 49. Elius Hadrianus (a quo postea de nunc Hierusalem urbi Elius condita est) rebellantes iudaos, Timo Ruffo Magistro exercitus pugnante superavit.* Ita scribendum est ex veteri codice. vulgo male legitur *Timo Ruffo*.

τοῦ ἀπόστολοῦ τῆς ιudeias. Male Langus & Christophorus Præfectum Judæa vertit. Nam Romani Imperatores non mittebant Præfectos ad regendas provincias, sed tantum ad gentes barbaras quæ h. ij

Romanis federatæ erant. Sic gentes Maurorum per Praefectos à Romanis Imperatoribus mislos regebantur, ut ex Augustino aliisque Scriptoribus notavi ad Annianum Marcellinum. Ex quo interpretari soleo. locum Spartiani in Hadriano. Marciū Turbonem post praefecturam Mauritaniam, insulis ornatum Pannonia, Dacie quoque ad tempus praefecit. Sola ex provinciis Ægyptus erat, quam Praefecti regebant loco Regum. Quare hoc loco ἵταρχος οὐδὲν est exponentius Praefectus Iudeæ, cum Iudea nunquam à Praefectis administrata sit: sed potius Praeses aut Legatus provincia Palestina. Nam Palestina seu Iudea, tunc temporis per Legatos Cæsaris regebatur, ut superius observavī. Fuit ergo Tinius Rufus legatus Cæsaris Pro-prætore provinciae Iudeæ seu Palestinae, sicutantea Lulius Quietus fuerat sub Trajano.

βαρχωχεῖς οὐμαὶ διηγέρασθαι. Tres nostri codices Maz. Med. ac Fuketii hunc locum paulo alter scriptum exhibent βαρχωχεῖς οὐμαὶ, αἵ τε διηγέρασθαι. In Regio autem exemplari legitur βαρχωχεῖς οὐμαὶ διηγέρασθαι. Atque ita plane Nicephorus in capite 24. lib. 3.

*Corvinus & Agapitius regis civis. Hæc est electio codicis Regi. Verum in Maz. Med. & Fuk. ita scriptum habetur Agapitus & Corvinus civis. Nicephorus tamen cum codice Regio consentit, profrus ut illum videatur extrahere.*

*clariꝝ aꝫ spartidꝫ. In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil. & apud Nicephorum legitur sicut enꝫ aꝫ spartidꝫ. Quam lectiōnem seculi sunt Rufinus & Christophorus. Judæos vocat mācipia, ob ignobilitatem atque egestatem, & quod plerique corum ex captiuis qui sub Tito venundati fuerant, originem ducebant.*

*xata Bēthra πόλιν.* Ita legitur in codice Regio, quem fecutus est Stephanus. Verum in codice Maz, Med. ac Fuketiano, nec non apud Nicephorum Bēthra scriptum est. Scripti codices Rusini habent apud Bethara oppidum. Quare videndum est an eadem sit cum Bethar, quæ in itinerario Burdigalenſi mutatio dicitur, quinquaginta & duobus millibus paſuum distans ab urbe Hierosolymitana. Est & Bethar villa in eodem itinera-rio 12. millibus distans ab urbe Hierosolyma. Hieronymus in Epitaphio Paulæ utramque Bethoron vocare videtur. Iter enim Paulæ describens à Caſarea Hierosolymam usque : *A Nicopoli, inquit, proficiens adcedunt Bethoron inferiorem & superiorem, urbes à Salomone conditæas, sed postea variæ bellorum tempeſtate deletas.*

ταὶ περὶ τῆς ιεροσόλυμας γενέται εἰπεῖται. Idem scribitur in Chronico Eusebii, anno 18. imperii Hadriani: *Bellum Iudaicum quod in Palästina gerebatur nomen accepit, rebus Iudeorum penitus oppressis: ex quo tempore, etiam introiecti eis Hierosolyma licentia ablata, primus Dei nutu, deinde Romanis inter dictibus.* Ejusdem interdicti meminit Tertullianus in libro contra Judæos cap. 15. *Et exinde quod inter dictum est, ne in confinio ipsius regionis demorentur quisquam Iudeorum.* Et paulo post: *quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem, prohibita ingressu in terram vestram, de longinquo eam tantum oculis vestris videre permisum est.*

Idem quoque Tertullianus in Apologetico cap. 16.  
eleganter de Judæis dicit: *Differi, palabrandi, &*  
*cœli & soli sui extorres vaganur per orbem, non te-  
mint, sine Deo Rege: quibus nec aavinum pre-  
ram patriam saltem vestigio salvare concedam.* Cul-  
fus quoque apud Origensem lib. 8. in fine, taliter  
testatur de Judæis: *et ad' oīōia τις βασιλεὺς οὐτις  
καταλείπεται.* Gregorius Naz. in oratione 11. pg.  
202. de postrema Iudaorum dispersione loquens,  
testatur Judæis fas non fuisse patriam adire, & Hier-  
osolymorum solo insistere, nisi unico amide,  
quatenus patriam prospectantes, lugere solundi-  
nem & exilium suum possent. *Quem locum non*  
*intellexit Billius, μιας εὐηγέρτειας της ευηγέρτειας*  
*μέντη πάσσα καθ' ἓν επαρχούσι, καὶ λατεριπότερον*  
*αυτῆς τῆς Ιερουσαλήμ τοῦτο εἰσὶ.* μέρη γνωστάντα  
τοῦτον θεμάτον αὐτοῖς εἴδη μονον, καὶ τούτοις ἀπο-

Ex his notis, ut in capitulo et infra, videtur quod  
Iudei, in illis monumentis calamitatis  
tum terrarum orbis per quem dispersi sunt: & ab eo  
culius: & ipsius Hierosolyma solam vix facile cognoscere  
quam hactenus ipsius introire licet, & vere sua gloria  
hactenus frumentar, ut uno die confestili vestigia &  
excidium eius lugeant. Die scilicet quo capta &  
evera quondam fuerant a Romanis Hierosolyma,  
Iudei ex variis gentibus in Palæstinam convenie-  
bant, & mercede militibus perfoluta, intrabat  
in eam urbis partem, ubi quondam fuerat templum  
Salomonis; ibique excidium templi & ci-  
vitatis sue plangebant, ut ex Hieronymo ex in-  
terario Burdigalensi dudum observavit Seeger  
animadversionibus Eusebianis p. 198. Ac multi  
quid videtur, Iudei id permisum fuisse per eos de  
quibus mereatus solemnis siebat ad Terebinthum.  
Cum enim ad eum mercatum multi ex hibent  
convenirent, hac occasione etiam Iudei co-  
fluebant; non quidem ob mercatum quem maxime  
vitabant, eo quod olim majores ipsorum  
venundati fuissent; sed ut ruinas templo immi-  
rent ac salutarent. Idque concilio ex militibus  
quos Iudei plangentibus appositis fuisse cultu-  
tur Hieronymus. Nam in mercatis illis qui ad  
limitem siebant, apponebatur Centurio cum  
militibus, ut notavi ad librum 27. Ammiani Me-  
cellini. Conjecturam autem nostram ad iuris  
ratione locum in cap. 31. Hieremias, ubi scimus  
secreabile fuisse Iudeis, mercatum celebratum  
qui quotannis siebat ad Terebinthum iudeis.  
Ceterum notandum est, Eusebium quidem nunc  
hic tum in Chronico id tantum dicere, a temporibus  
Hadriani vetitum fuisse Iudeis in urbem Hierosolyma, & in vicinum urbi agrum introire.  
Quod quidem confirmat Gregorii locus a nobis  
allatus. Alii tamen non modo in urbem fecerunt,  
sed universem Palæstinam regionem ingredi venu-  
scriperunt. Ita præter Tertullianum Eusebus  
ipse in libro octavo de Demonstratione: πατερικοὶ τε καταλαβόντες αὐτὸν ἀλλοφύλον ὄντος οἴστην τοῦ πολυτοπολίου αὐτῶν  
φιλεῖ τε ιδεῖσθαι τὸν θεόν φέλειν, ποτε τοντούσι  
τοσι, οὐδὲ τοι καταλαβόντες αὐτὸν οὐ πολιτικοὶ  
ης εἰς τὸ μητροπολιτείαν αὐτῶν ἀλλοφύλον ὄντος οἴστην τοῦ πολυτοπολίου αὐτῶν  
τοι πολιτικούσι, αὐτοὶ τε τοι ιδιαὶ χρήσιμοι εἰσιν  
εὐτοπολεμαὶ εἰς θεοὺς διάλιποται.

εἰς ἀπόστολον τὸ πατρῷον εἰς αὐτὸν οὐδέποτε θάνατος συνέ-

πειν. ἐφεύρε πελαγίου. Id est ex urbe Syriae Pella, quæ post excisam à Tito urbem Hierosolymam, sedes fuit Episcopatus Hierosolymitani, ut scribit Eusebius. Ceterum Scaliger Aristonis Pella verba esse existimavit quæcumque leguntur suprà ab his vocibus αριστοντος δι τη πολιμου, caue paſſim Aristonis nomine citat; in quo tamen ei assentiri non possum. Nam & verba ipsa, Eusebii stilum prorsus redolent; & Aristo Pella obsidionem illam Bethazar & expugnationem Judæorum fusius prosecutus fuerat. Quod si ipsa essent Aristonis verba, nequam id tacuisse Eusebius. Nam quoties verba ipsa auctorum adductus est, semper de eo lectorum admonet. Cùm autem additū vel integrō, indicat eam rem a Scriptoribus illis quos laudat, fusius commemorari. Porro hic Aristo Pella auctor esse dicitur libelli cuiusdam, cui titulus erat, disputatio Jasonis & Papisci. Ita scribit Maximus in scholiis ad librum Dionysii de Mystica Theologia cap. 1. ἀπόστολος τῷ τότε ἐπίστατο τῷ τότε τῷ πλησίῳ Διαδέξει πατριαρχεῖον, τὸν κληρονόμον Ἀλιζαρθρίου τῷ ἑταῖρῳ Βασιλεῖ τῶν Σατανατοκοτεών, τον ἀττικὸν λοκον φεύγειν αναρράφει. Hujuslibelli meminit Celsus, & Origenes in lib. 4. contra Celsum. Eundem ex Græco in Latinum sermonem vertit Celsus quidam. Sed sola ius praefatio hodie superest inter opuscula Cypriani.

μικροπατριαστα βασιλεὺν πόλιν, Dupliciter hic fallitur Eusebius, tum quod urbem Hierosolymam sub Hadriano penitus everam fuisse scribit, tum quod Aliam Capitolinam ab eodem Hadriano conditum esse existimavit post expugnationem Bethazar. Quod ad primum attinet, constat ex Josepho Hierosolyma prorsus evera fuisse a Tito, itaut aratum etiam eius solo furem impremisum. Quomodo igitur iterum evera sunt ab Hadriano, quæ jamdudum esse desierant; Certe Eusebius hoc quidem in loco, aperte non dicit Hierusalem ab Hadriano everam fuisse, sed id tantum obsecne innuit. In libro autem de Demonstratione & in Chronico, discrete affirmat Hierusalem funditus ab Hadriano everam fuisse. Ex quo obiter perfici potest, hos Ecclesiasticae historiae libros longe accuratius ab Eusebio elaboratos esse quam reliqua eius Scripta. Quodverò ad conditum Alia spectat, tantum absent ut condita fuerit ab Hadriano post partam de Judæis victoriam. Immo bellum Judaicum ex Alia conditu originem cepit. Nam cum Judæi urbis fusa solum ab alienigenis occupatum viderent, & in eo ipso loco in quo Dei templum olim fuisse, sacra fieri Jovi Capitolino animadverterent; eam injuriam minime ferendam rati, arma corripiuerunt, & initium fecerunt hujus belli quod hic narrat Eusebius: quodque anno 16. Hadriani exceptum, octavodecimo aut nono finem tandem accepit. Alia verò Capitolina din ante condita fuerat, anno scilicet 2. Hadriani, ut scribitur in Chronico Alexandrino. Plura Scaliger in animadversionibus; quem in hac quidem parte libenter sequor. Sed quod pag. 109. Hilarium reprehendit & Athanasium quod dixerint sua etate nullam amplius fuisse Hierusalem, in hoc non assentior Scaligero. Re-

A ea urbs quæ tunc temporis dicebatur Hierusalem, Alia potius esset, nec nisi abusivè Hierusalem vocaretur. Neque enim Hierosolyma instauravit Hadrianus, cum Judæi hostes tunc essent populi Romani. Sed Aliam coloniam civium Romanorum condidit, à cuius ingressu etiam Judæos arceri voluit. Itaque à temporibus Hadriani usque ad Constantium Magnum, semper Alia vocata est. A tempore autem Constantini Magni, Hierosolymorum nomen quasi postliminio repetiit, tum ob splendorem illius nominis, tum ob primaverā sedis prærogativam. Revera tamen Alia erat, non Hierusalem. Adeoque in canone 7. Concilii Nicæni Episcopus Alia vocatur. Verum post celeberrimum illud Martyrium à Constantino ædicatum in Resurrectionis Dominicæ loco, ambitio Episcoporum obtinuit, ut Hierusalem potius quam Alia diceretur. Sed id καταρρέει factum est ut dixi. Itaque recte locuti sunt Hilarius & Athanasius: quibus aduentus est etiam Eusebius in Sermone 2. de resurrectione. Si autem dubitant, ostendamus civitatem quam post ea quæ ausi sumus statuimus. Et in lib. 5. Demonstrationis cap. 13. Et Gregorius Nazianzenus in orat. 12. η αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλήμ τὸ ἔδαφος μόνον πατερόμενον ἡ τοσοῦτον ἐκεῖτον αὐτῆς οὐν, &c. Vides ut Gregorius testatur, solum Hierosolymorum sua ætate vix agnoscit potuisse, & Judæos vastitatem eius etiam luxisse: respiciens videlicet ad veram & priscam Hierusalem, non ad novam illam quæ vetus nomen falso usurparat. Impropiè igitur locutus est Hieronymus in Epitaphio Paulæ, cum dicit: Ingressa est Hierosolymam, urbem trinominem, Iebus, Salem, Hierusalem: quæ ab Alio postea Hadriano de ruinis & cineribus civitatis in Aliam suscitata est. Nam ut sæpe dixi, nunquam ea mens Hadriam fuit, ut urbem Hierosolymam suscitaret: quippe qui infensissimus esset Judæis, qui tunc hostes erant populi Romani; sed Aliam urbem condidit, & in ea templum Jovis Capitolini, quod Judæos ab eo loco quem lumina veneratione prolequebantur, penitus arceret. Rectius ergo Beda, seu quis alius, in expositione locorum & urbium, quarum mentio sit in Actibus Apostolorum. Hierusalem inquit, metropolis quoniam India, quæ nunc ab Alio Hadriano Cesare, quod eam à Tito destruētam latiore fini instauraverit, Alia cognominata est: cuius opere factum est, ut loca sancta, id est, Domini passionis & resurrectionis, quondam extra urbem jacentia, nunc eiusdem urbis muro septentrionali circumdantur. Porro Alia dicit post Constantini tempora nomen suum retinuit. Certe in Itinerario Antonii & in tabula Ptingerorum non aliter vocatur quam Alia, vitio tamen librariorum Helia Capitolina vulgo scribitur. Sed & Chrysolomus in oratione 3. adversus Judæos ita appellatam fuisse aetate sua testatur. ἵππον γαρ αἴτιος ἀδελαύδειον ματιζει, οὐταν τὴν πόλιν καλεῖται ἐποδέσποτον ἐπειδην αἱδια μιχτήν τὴν οὔραται, διὸ τῆς ἐπωνυμίας τῆς πατριστοῦ η καθιδύτος αὐτῆς.

## In Caput VII.

αἰγλων διδασκαλεῖα. In optimis codicibus Mazarino ac Medicæ scriptum inveni διδασκαλία. Atque ut semel moncam, ita semper hoc nomen prescriptum est in nostris codicibus. Pro quo Rob.

h iii

Stephanus, Regio exemplari semper inhärens, maluit edere διδασκαλεῖα. Idque nobis mutare religio A fuit. Tantam tamen codicum nostrorum constantiam haudquam spernecādam esse existimō.

*εἰς τὸ ἀπόγονον τοῦ αἵτιον οὐκονάς.* Vetus Interpres Irenaei vertit: *In immensum extendit sententiam do-*  
*ctrina sua.* *ιντινέται* igitur vocat commentatus ad  
 inventiones Basilius quas ibidem refert Irenaeus. Eas in immensum extendisse ait Basilius, quippe  
 qui fabulosa quādam confinxisset & vana. Hæc e-  
 cum natura mendacii est, ut sit interminatum &  
 vagum, nullo certo modo ac termino definitum. Ve-  
 ritas vero certa est, ac suis spatiis circumscripta, quibus  
 nihil addi aut demī potest. Itaque recte Plato  
 in Theæteto ni fallor, veritatem μητρίαν seu con-  
 cinnitatem esse dixit. Et Homerus Theristen *ἀπειπούν* vocavit, id est, vanum ac mendacem.

Pag. 120.

*εἰς μὲν τὸ ἑωρακτήριον τέλος τοῦ εἰκόνος ευ-  
 τρέξαι βασιλεῖα.* Non dicit Eusebius in quodnam Ev-  
 angelium Basilius eos libtos scriperit; utrum in  
 Evangelium Matthæi, an Marci. Ac fortasse hos  
 viginti quatuor libros composituerat Basilius in  
 suum ipsum Evangelium. Scriperat enim Evange-  
 lium Basilius, & suo nomine prænotaverat, τὸν  
 βασιλεῖόν τε ιωάννην, ut testatur Origenes in Ho-  
 milia 1. in Lucam. Ambrosius in proemio B. Lu-  
 cae. Hieronymus præfatione in Matthæum. Hi au-  
 tem libri Basiliis ιωάννην dicebantur. Certe  
 Clemens Alexandrinus in lib. 4. Stromateon loca  
 quādam assert ex lib. 23. Basiliis ιωάννην.

*προφήτας δέ τινας ὄντας σταθμούς τε βαρκαράς τε βαρκών.* Ita  
 quidem codex Regius. Sed in codice Maz. Med. &  
 Fuk. scriptum est βαρκαράς cum accentu gravi in  
 ultima. Nec aliter Nicephorus, nisi quod ultimam  
 circumflectit. Apud Rufinum quoque, & apud  
 Hieronymum in indiculo hæreton Barabbas di-  
 citur. Sic enim præferunt manucripti codices Ru-  
 fini, Ceterū in hos Prophetas Barabam & Bar-  
 cob, Isidorus Basilius filius expositionum libros  
 scriperat, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. 6  
 Stromateon. *Ισιδόρῳ δέ, εἰς πατλεῖσθαι μέσα μετα-  
 μεθῆται, εἰ τοῦ πρωτοτόπου τῶν τε προφήτων παρχόποιον ιωάν-  
 νην.* Ubi βαρκών emendandum videtur. Nisi  
 quis exsilitimare malit, παρχόποιον unum fuisse ex  
 Prophetis illis à Basiliide confitit. Ex eorum Pro-  
 phetarum numero fuit etiam Cham: cuius nomine  
 Basilius librum Prophetarum contexuerat, ut ex Isi-  
 dori verbis ibidem à Clemente citatis colligitur.

*Ἄλλος ἀντιπάροντες τινάς.* Frustra Christopherus  
 angelos hic inferuit, quasi in Eusebii textu ali-  
 quid deest. Verum Eusebius tantum de Prophetis  
 loquitur quos sibi commentus fuerat Basilius. At-  
 que ita hunc Eusebii locum acceperunt Hieronymus  
 in Catalogo, ubi de Agrippa Castore loquitur,  
 & Theodoritus in lib. 1. hæreticarum fabularum, &  
 Nicephorus in libro quarto. Recte porro Eusebius  
 noster Basilius hæretim principatu Hadriani co-  
 piste dicit. Tunc enim primum hæretici ex latebris  
 prodire & caput attollerē cœperunt, cūm Apo-  
 stolis omnibus jam extinctis, opportunum sibi  
 adesse tempus ad evulganda errorum suorum  
 dogmata existimarent. Clemens certe in lib. 6.  
 Stromateon de Basiliide idem testatur his verbis:  
 κατατιθεὶ τοὺς Ἀδειανούς τε βασιλίων γέρους οἵτας

αἱρεσεῖς διανοστατεῖσθαι τοῖς μητρίαις τοῖς Αριστο-  
 τοῖς προσβούσιοι διέτηνται οὐδικίας, καθότι εἰς θεον-

φίλης. Amatoria vertit Rufinus non male. Sic  
 enim Latini vocant quæ Græci φάραγγες. Ann. Mar-  
 cellinus lib. 29. Immittebantur φάραγγες, φάραγγες  
 τοῖς δομοῖς inter scrutinia superleccitū pena adīctū  
 incantamenta quadam analia, vel ludibria subdolos  
 amatoria.

*προφήται τοῖς διάφοροι.* Paredros spiritus latine  
 dixit Tertullianus in libro de anima, quos cum ca-  
 tabolicis & pythonicis spiritibus qui à Magis imme-  
 tebantur, conjungit. Dicebantur autem paredros  
 Dæmones, qui hominibus adistabant, & mortis  
 atque infornia ab iisdem avertiebant, docet id  
 Tertullianus in Apologetico cap. 23. his verbis:  
*Si & somnia immutum, habentes somnia revivisca-*

*B Angelorum & Demonum adstantem sibi proflam.* Magi quippe adstantes sibi & obsequentes De-  
 mones habebant, qui essent ipsorum parens; quos  
 rum ope multa miracula edebant. Sed & alii im-  
 mittebant eiūsmodi spiritus, ut vel somnia ei in-  
 jicerent, vel eis perpetuo ad tutelam adstantes.  
 Priores spiritus ἐρειποποιοῦ: secundos παῖδες  
 vocabant. Interdum etiam pueros magicos cum  
 nubibus elidebant, qui deinde tanquam ex comedie  
 morbo excitati, confusentibus futura prædicterent.  
 Quod per catabolicos spiritus faciebant, ut id Tertullianus apologeticum Heraldus recte obseruat.  
 Eos catabolicos spiritus vocat Tertullianus. Et  
 his patet error Cl. Salmali, qui in notis ad Spani-  
 num pag. 40. paredros dictos esse affirmat, quæ  
 ex hominibus inter Deos relati, facti essent adiun-  
 geres Deorum. Quam Salmali opinionem amplius  
 est Gothofredus in notis ad librum 2. Temptatio  
 ad Nationes. Longe rectius Turnebus in lib. 2.  
 Adversariorum; nisi quod malos genios inten-  
 tur: cūm tamē boni genii & ἀληθίαι insta-  
 rentur, ut de Hephaestione scribit Lucianus. De-  
 nique paredros fere vocabant Deos inferos, non  
 autem cælestes, quod cūm à Salmo minime ob-  
 servatum esset, causam erroris cūpribuit. Illi  
 mosthenes in oratione funebri in fine: ποιεῖτε  
 τοὺς ιωάννους ρουλέζαις εἰς πατέρας εἰναι  
 τοῖς φύλαις τοῖς κατόντες θεοῖς εἰναι. Diidorus Siculus  
 lib. 1. pag. 45. ποιεῖτε τοὺς οἴτεντες τοὺς κατόντες θεοῖς εἰναι.  
 Nostram sententiam confirmat etiam Rufinus  
 in lib. 2. Historia cap. 13. in fine, ubi de Simon Magus  
 dico sic dicit: *Viens ad ministrum adstantem sibi & ab-  
 rentis demonum viri viis, quam ποιεῖτο vorant.* Et  
 in lib. 2. Recognitionum Clemens. Pueri, iniqui  
 incorrupti & violenter necati animam iuramento in-  
 effabilibus evocataam adstante misericordi, & per ipsam  
 omne quod jubeo. Ait Simon Magus.

*σωματιστὴν δὲ τὸν ἀριστερὸν τῷ ποιεῖτο.* In quatuor no-  
 stris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil. dicit  
 αριστερά.

*μέση παταγὰ πατούμενα.* Hinc factum est in Chri-  
 stiana religio à gentilibus tandem vocata fuit  
 παταγά δόξα, & Christiani παταγεῖς dicuntur.  
 Ita Damascius in Isidori vita pag. 1018. de Petro  
 Mongo loquens Alexandrinæ urbis Episcopοι: *δι-*  
*τοὺς παταγούς τοὺς δέξαντες εἰδεῖσθαι* οὐα-  
 ποιεῖται, ἀντὶ τραπέζης περιποράς. Id est: *Ιεροί*  
 qui prevalentis iuncte religionis Episcopοι erat, &

Idem rursus pag. 1072, de Ammonio loquens, ὁ πατέρας τὸν θεοφόρον τοῦ πατεράτου τοῦ πατεράτου τοῦ Χριστοῦ. Id est: *Pacifetur cum eo qui in tempore Episcopus erat praventis scilicet Christianorum scilicet. Denique idem Damascius apud Suidam in voce σκηνων, τούτῳ, inquit, κατεπιγράφει οὐλών βασιλίου εἰ θύροι τῶν πραταιῶν, τὰ πέρα βασιλία μετήγενεν αὐτῷ.* Id est: *Huc Zenon Augustus maximam ab Imperatore dignitatem, praefidum scilicet Pratorum promisit, dummodo Christianus esset. Sed et Porphyrius longe ante Damascium isti locutus fuerat in libro de oraculorum Philosophia, cuius locum adduxit Eusebius in libro nono preparationis Evangelica cap. 10. & Theodoritus in libro 1. de curatione Graecanica superstitionis: γένετο τοῦ πατέρος θεοφόρος, αἰτιών τοῦ αγαπητοῦ πολέμου, πάλαι τοῦ Κίνητος, οὐλών εἰδεῖθεντος. οἱ δέντροι τοῦ πατεράτου τοῦ Φθινοπών.* Id est: *Sia quidem quia ducit ad Deos, arcemuntia est et via aquae aspera: cuius plurimas quidem calles barbarentur: Graci vero ab eis longius aberrarunt; quia nunc prevalent, prorsus corruerunt. Scio quidem tam Eusebii quam Theodoriti Interpretes vocem οὐλών ταcaliter explicasse. Sed nego alium Porphyrii sensum fuisse, quam illum quem in interpretatione mea expressi. Sic Chrysostomus in Homilia 34. in Matthæum pag. 329. μάστιχες, οὐ δέντρα, εἰ αρχετούς, εἰ σωματικούς, εἰ πεντεκάτους, εἰ λαβαδίους, εἰ γάρ βασιλικάτας, &c. Ex his intelligendus est Juliani locus in Milopogone pag. 99. η δέ μιν θεοί εμπρήστησι λέγοις ἐν λατυνῷ προσάρσιον ὅποι ωέτηρον επιβολεῖν τὴν ζῆτην, τετλαταίλαχον τὰν εργαζούσιν διοικεῖσθαι τὸ χειροκίνασμα. Quis sic interpretatur: *Me amque orationem Deus testimonio suscomprobavit: quod utinam nunquam fecisset, relictus urbano quod tamdiu servaverat, cum eorum qui in tempore prevalencebant, in illa tempestate ac procellamenta also avertisset, manusque repressisset. Tempestatem ac procellam vocat Constantiniiana tempora, quibus templo Deorum toto pene orbeteriarum subversa fuerant a Christianis; quorum ramen manus Apollinis Daphnæ templum effugerat.**

*In Caput VIII.*

*Irenæo οὐλών τοῦ πατεράτου.* Non recte meo quidem iudicio Hegesippus confertur in tempora Imperatoris Hadriani. Nec locus ille Hegesippi quem hic adducit Eusebius, id evincit. Certe Hegesippus liberus suos scriptis pontificatu Eleutheri, ut ipsem teatatur infra cap. 22. Aequalis igitur fuit Irenæo, qui & ipse sub Eleutherio Romana urbis Episcopo infinges illos adversus hæretes libros elucubravit. Hieronymus tamen hunc Eusebii nostri locum sequens, in Catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum Hegesippum preposuit Justino: quod utique fieri non debuit. Certe Eusebius noster in cap. 21. & 22. hujus libri, quasi priorem sententiam retrahens, Hegesippum confert in tempora Marci Antonini.

*εἰκαστρατια.* Rectius apud Nicephorum in lib. 3. cap. 26. legitur εἰκαστρατια. Hieronymus in Catalogo sic vertit: *Tumulos eitam temploque fecerunt. Rufinus vero sic interpretatur: quibus templis immo-  
pum sepulchra fecerunt.*

A ἔτη ἀγριαὶ τὸν τοῦ πατεράτου τοῦ πατεράτου τοῦ Χριστοῦ. Hic agor in honorem Pag. 122. Antinoi ab Hadriano institutus, quinquennalis fuit, & Mantinea in Arcadia celebrabatur, ut scribit Paulianus in Arcadicis. Male ergo Rufinus agorem annuum de suo adjectit.

B ἔτη ἰούνιον γενέσιν. Hæc est scriptura codicis Regii quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis Mæz. Med. & Fuk. hic locus ita legitur ac distinguitur ἔτη ἀγριαὶ τοῦ πατεράτου τοῦ πατεράτου τοῦ Χριστοῦ. Sed & in Saviliano codice & apud Nicephorum legitur οὐλών. Quam quidem lectionem sequutus videtur Rufinus, sic enim vertit: *cui agores annui celebrantur, qui Antinoi appellantur, nostris adhuc temporibus instaurati.* Certe dubitari non potest, quin hæc lectio prior sit anterenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Hadriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus ipse restatur certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ἔτη ἰούνιον γενέσιν, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum absit ut conccludi possit, Hegesippum vivisse imperante Hadriano; quin potius illud consequitur, nonnulli post obitum Hadriani Hegesippum libros suos compoñuisse. Nam si principatu Hadriani scriptisset Hegesippus, non utique dicaret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Hadrianus sub finem Imperii sui agorem illum instituerit. Ceterum has voces οὐλών γενέσιν mallem referre ad vocem ἀρτηρίου, & totum hunc locum ita construere ἔτη τοῦ πατεράτου τοῦ πατεράτου τοῦ Χριστοῦ. Atque ita Hegesippio locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sic Justinus in Apologetico de hoc ipso Antinoo loquens sic ait: *ἡ ἀρτηρίου τοῦ πατεράτου τοῦ Χριστοῦ.*

C Προφητας. Hieronymus in Catalogo vertit: *Civitatemque eius nomine condidit, & Prophetas statuit in templo.* Rufinus vero adhuc fuisus: *Nam & civitatem condidit eius nomini Antinon, & templum ei & sacerdotes instituit ac Prophetas.* Sane in Graecis Hegesippi verbis aliquid necessarium supplendum est. Nam ιετος Προφητας, Graeci vix dici posse. Sed meminisse debemus. Hegesippum simplici admodum ex plebico sermone scribere, ut hic etiam testatur Eusebius. Itaque Graecæ ius verba interpretatione adjuvanda sunt. Frustra igitur Salmasius emendare aggreditus est in notis ad historiam Augustam pag. 41. Ubi etiam quinam hic dicerentur Prophetæ non intellexit. Sciendum est igitur apud Aegyptios summum sacerdotem qui reliquis sacerdotibus & pastophoris præset, & qui templorum redditus ceteris distribueret, dictum esse Prophetam. Primus enim in templo profedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba seu λεοργεματις, postea vestitor seu τολιστης. Deinde novissimus incedebat Prophetahydram in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. 6. pag. 269. Epiphanius in libro 3. aduersus hæretes, κατα τοῦ Αιγυπτίους προφητας παλούμενος, τὸν ἀδύτων τοῦ Ιησοῦ εἰρηνεος. Eorundem Prophetarum meminit Philostatus in libro 1. de vita Apollonii cap. 1. & Diogenes Laertius in proemio operis sui. Themistius

in oratione 2. & Firmicus in libris Matheos non semel. Clemens denique in libro 1. Recognitio-  
num haud proculab initio. *Ægyptum*, inquit, pe-  
tam, atque ibi Hierophantis vel Prophetis quis adyis  
præfunt, amicus efficiat; & pecunia invitatum magum  
precabor, ut educat mihi animam de infernis. Fue-  
runt etiam Idæi Jovis Propheta in Creta, de qui-  
bus Porphyrius in libro 3. de abstinentia. Porro de  
Prophetis Antinoi ab Hadriano institutis mentio  
est in veteri inscriptione græca quam cavitat Cala-  
bonius in notis ad Spartianum. Adde hic veterem  
inscriptionem quam refert Gruterus pag. 314. ubi  
Embes quidam Ægyptius ἀρχοφήτης dicitur, id est  
sacerdos Setapidis. Quare non mirum est si Antinoi  
ab Hadriano consecratus Prophetas habuit,  
quippe cum ab Ægyptis præcipue coleretur. Cur  
autem Ægyptii Prophetas vocarent Antinoes, hæc mihi causa esse videtur, quod arcana quædam  
sacra ne mysteria ab iustis credentis Prophetæ  
enim dicuntur quasi arcanorum Interpretates. Ha-  
buit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus  
initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in  
Arcadicis, κατὰ τεκνά τὸν ἔραστον, καὶ αὐτὸν οὐν  
αὐτῷ διάτεσπέμπον. Id est. Et mysteria quotannis,  
& quinto quoque anno certamina in honorem eius cele-  
brantur.

*κατὰ τεκνά τὸν ἔραστον.* Ita quidem codex Re-  
gius. Verum in Medicæo, Fuk. & Savil. legitur κατὰ τεκνά τὸν οὐν. Codex autem Mazarijus scriptum ha-  
bet κατὰ τεκνά τὸν οὐν, secunda tamen syllaba præpositionis  
tribus punctis superpositis notata est, quo significatur eam delendam esse. Mihi tamen valde  
placeat eaclelio κατὰ τεκνά enim idem est ac κατὰ  
τὸν οὐν τεκνά.

*ἐν τῷ νῦν φρουμένῳ λονδαῖναι πολέμῳ.* Male Rufi-  
nus eumque secutus Christophorus verterunt.  
*In hoc quod nunc geritur bello Iudaico.* In eodem quo-  
que errore versatus est Scaliger, ut ex Eusebianis  
eius animadversionibus colligitur pag. 298. Puta-  
vit enim νῦν dici non posse nisi de re admodum  
recenti, ne dicam prælenti. Itaque ex hac Justinus  
voce necessariò conlequi ait, bellum Iudaicum sub  
extrema Hadriani tempora profligatum fuisse; &  
Justinum Antonino Pio Apologeticum suum ob-  
tulisse imperii eius initio. Verum nihil necesse est  
ita affirmare. νῦν enim dici potest de re quæ nostra  
æra facta est. Idemque valet ac τὸν οὐν, quod  
Eusebius usurpare solet de rebus multo ante gestis.  
Ut cum dicit de Porphyrio Philosopho ὁ καθῆμα  
φρόνθι. Denique ipse Justinus in hoc loco quem  
præ manibus habemus, de Antinoo ita loquitur:  
αὐτὸν τὸν οὐν φρουμένον. Id est, de Antinoo qui no-  
stra æra vixit. Certe Græcius ponunt pro *nuper*.  
Ita Sophronius quilibet Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis Græcè vertit, verba illa Hiero-  
nymi cap. 2. *Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebraos*, & à me nuper in Græcum  
latinumque sermonem translatum est, Græce dixit: ὅπερ ἐπὶ μοῦ νῦν εἰς τὸν ιωλικὸν γραφεῖον γλῶσσαν  
μετεβλήθη.

*λαμπεστάτη ἡγουμένου.* Hieronymus in Chro-  
nico cumque secutus Orosius *legatum* interpretatur  
& virum apprime nobilem. Christophorus ve-  
rò Præfectum illustrissimum vertit, graviori adhuc  
errori. Nam cum ex Epistola ipsius Hadriani quæ-

infra subjicitur, constet Setennium Granianum de-  
cessorem fuisse Minucii Fundani; ipsum vero Me-  
nucium Proconsulem Asia fuisse diuerso telente Ju-  
stinus, necessario conficitur Granianum Procon-  
sulem Asia extitisse. Ac profecto miris, hinc  
Hieronymi errorem à Scaligere non esse obtem-  
pore. At Rufinus amulius Hieronymi longe pro-  
cto rectius. Sic enim verit: *Suscepit à Sereno Gra-  
mano clarissimo viro Praefide literis, &c.* Praeterea  
vox generalis est, quæ tam de Proconsule quæm  
legato Cæsarisi dici potest. Porro Serenus malum  
scribere cum Rufino & Hieronymo, quia Seren-  
nium. Quamquam optimus & antiquissimus codex  
Rufini diuerso scriptum habet Serenum.

*ἀντὶ τοῦ οὐνού.* Quæri non immerito po-  
test, cur Hadrianus ipsi Graniano à quo literas ex-  
perat, non responderet, sed Epistolam suam modice  
ad Minucium Fundanum successorem Granianum.  
Equidem hanc eius rei causam fuisse opinor, quod  
Granianus post literas missas ad Imp. Hadrianum,  
aut exterrit diem obierat, aut ex Magistrum de-  
cesserat. Proconsules enim anni erant,

*Σταύρος ἀξιών τῶν προσφίνων.* In secundo, u-  
ulgò scribitur, Justinus Apologeticus pag. 99. hinc  
cusa ita legitur: *αὐλὴν τὸν ιπτίγαδον σταύρων*  
προσφίνων καὶ ἄλλων πεποιημένα. Quam leto-  
nem equidem meliorem puto.

*τὸν βασιλικὸν ἀντιγράφου.* In codice Regio Regi-  
onis solù, quod idem est. *αντιγράφων* ad verbum illi-  
scriptum. Aliud est *αντιγράφων*, exemplum scilicet  
Epistola seu rescripti.

*ἡμεῖς δὲ τὸν ιωλικούν.* In codice Mar. & Med.  
scriptū est *ἡμεῖς δὲ εἰς τὸ ιωλικούν* οὐ παρείπων  
μετιλάθαμον. Atque ita codex Fukanianus.

#### In Caput IX.

*απὸ σεργελου.* In tribus nostris codicibus Ma-  
Med & Fukaniano scriptum est *σεργελου*.

*in ἀξιώσον.* Intelligit acclamations illas, quæ  
à populo fieri solebant in theatris: Christiani à  
Leonem, ut testatur Tertullianus. Interdum  
eveniebat, ut Proconsules & Praefides tumultu  
hujusmodi acclamationibus, licet inviti, cederet  
gerentur. Quare merito Imperator Hadrianus  
non Fundanum Proconsulem, ne huiusmodi per-  
secutionibus ad persecutionem ac cædes Christi-  
num se adduci patiatur. Porro verus hac tunc  
fuerit in Imperio Romano, ut plebs tum in ut-  
rum in provinciis, quoties ad publica spectacula  
convenerat, quidquid libitum erat, velà Praefide,  
vel ab Imperatore junctis vocibus postularet. Ce-  
jus rei sexcenta occurunt exempla apud Augusti  
historia Scriptores.

#### In Caput XI.

*δε λιγανὸν ἐπιστοπόν.* Locus Irenzi extraib.  
3. c. 4. ubi vetus Interpres legisse videtur dyo. Quæ  
lectio magis convenit Irenzio, ut patet ex c. 3. idem  
libri, ubi Romanos Pontifices enumerans Iren-  
zus, octavum ab Apostoli Hyginus recenset.  
Hic tamen error antiquissimus est. Nam & in lib.  
Irenzii cap. 28. *ιωλαῖ* scribitur, & apud Epiph-  
anium in heresi Cerdonianorum, & in Epistola Cy-  
priani ad Pompeium. Qui locus Cypriani quæ  
Irenzii versus videtur, non est hic omissus.

Cujus

*dus: Cujus magister Cerdon sub Hygino tunc Episcopo, A ac Med. cum Fuk. & Savil. scriptum habent κατα-  
γινούσε νόνης fuit, Romanum venit.*

*λαθαρόδασκαλάρ. In tribus nostris codicibus Maz.  
Med. & Fuk. scriptum est λαθαρόδασκαλάρ. Nicopho-  
rustamen & Regius codex vulgatam lectionem tu-  
catur.*

*περὶ τὸ πάλιν ἐξομολογήματος. Notanda sunt in-  
primis hæc Irenæi verba de Cerdone Heretico :  
quem post Confessionem hæreses in Ecclesiam ad-  
missum fuisse dicit ab Hygino Romano Pontifice,  
ac deinceps in urbe Roma mansisse ; nunc occulte  
doctrinam suam spargentes ; nunc rursus confi-  
tentem errorem suum ; nunc convictum pravae  
hereticeque doctrinæ, coque nomine ab Eccle-  
si segregatum. Ex quibus colligere licet, in hæ-  
reses crimine secunda confessioni locum fuisse ; &  
hereticos qui post confessionem & abdicationem  
erroris sui ad pristinum dogma iterum rediissent,  
quos nunc relatos vocamus, tunc temporis ad  
secundam confessionem & penitentiam admissos  
fuisse. Tandem vero Cerdon, convictus quod post  
toties iteratam Exomologesim, pestiferum virus  
erroris sui occulte spargeret, penitus se ab Eccle-  
si removit. Id enim sonant Irenæi verba ; quæ  
Rufinus & Christophorus perperam meo judi-  
cio interpretati sunt. Neque enim Cerdonem ex  
Ecclesia ejectionem fuisse dicit Irenæus, sed ipsum se  
ab Ecclesia penitus segregasse. Ex quo apparet, Cer-  
donem suo ipsius iudicio condemnatum, prævenisse  
Ecclesiam sententiam.*

*ἀριστον τὸ διδασκαλεῖσθαι. In codice Maz.  
Med. & Fuk. scriptum est οὐωδίας. Vulgatam tamen scri-  
pturam confirmat vetus Interpres Irenæi, qui huic  
locum ita vertit lib. 3. cap. 4. Et abstinentia est a religio-  
nibus hominum conventu.*

*τὸ διδασκαλεῖσθαι. In codibus nostris Maz.  
Med. & Fuk. scriptum inveni θεοφόρον, non  
in hoc solum loco, sed ubicumque id nomen oc-  
currevit.*

*θεοφόρον. Religio fuit Christophorono, vocē  
hanc quam Ecclesiastici Scriptores jamdudum La-  
tinam fecerunt, usurpare. Vertit itaque *convicia*  
*faltans* male omnino, melius vertisset : *Impie locuta-*  
*Sic Domitanus apud Suetonium dicit : Impie  
locutus est Parmularius.* Nostamen Rufinus secuti  
verius blasphemare. Neque enim refugienda  
sunt hæc verba, quæ tot sacerorum usus conse-  
cravit. Alioqui Ecclesiæ & Apostolorum & Epi-  
scopi & Catholicæ vita erunt vocabula : & longa  
verborum serie obturanda erit oratio, ne di-  
ctionis unius proflus necessariae asperitate ledatur.  
Cyprianus certè in dicta ad Pompejum Epistola,  
cum hunc Irenæi locum suppresso Autoris nomine  
describeret, verbo blasphemare uti non recusavit.  
Sic enim ait : *Quem Marcion fecutus, additis ad cri-  
men augmentis, impudentius ceteris & abruptius in  
Deum Patrem blasphemare instituit.**

*τὸ διδασκαλεῖσθαι. Nicophorus in lib. 4. cap.  
3. habet σημαντικόν quod non prob. Scio quidem  
a Poetis σημαντικόν dici pro σημαντικόν. sed hic non  
videtur convenire. Quare malui vertere hoc loco  
Explicare, eo sensu quo Eusebius in posterioribus  
libris dicit πλάστρα γέμματα, proposita sunt edi-  
cia.*

*τὸ μαλακαταπλάστρα. Nostri codices Maz.*

*πλάστρα. Atque ita legisse videtur vetus Interpres Ire-  
næi in cap. 18. libri primi. Sic enim vertit : ut stupri  
sint vel perterreant eos qui sacrantur.*

*μὴ τίταρον τὸ διδασκαλεῖσθαι. Rufinus legisse vi. pag. 125.  
detur κατὰ τίταρον. Sic enim vertit : *Quarto autem  
Episcopatus sui anno cum dececesset Hyginus, Roma-  
na Ecclesia sacerdotum Pius suscepit.* Porro nomen  
Pii qui successit Hygino, in codicibus nostris Maz.  
Med. & Fuk, non circumfletitur, sed acuitur in pri-  
ma syllaba. Idque rectius puto.*

*τὸ διδασκαλεῖσθαι μεμπτοντος. Memoriam vitio hic  
laplus videtur Eusebium nosfer, qui Justini verba  
quæ infra citantur, desumpta esse putavit ex ejus  
libro adversus Marcionem. Atqui desumpta sunt  
ex secundo Justini Apologetico pag. 70. editionis  
Parisienis. Nicophorus in lib. 4. cap. 6. ubi omnes  
Justini libros recenset, mentionem facit libri con-  
tra Marcionem, ex coque citat hunc locum quem  
hic adducit Eusebius : sed animadvertere debuerat  
Nicophorus, Eusebium memoriam vitio lapsum fuisse.  
Neque enim verum est, quod Langus Interpres  
Nicophori excogitavit, Justinum eadem verba u-  
surpasse in duobus libris, id est, in Apologetico &  
in libro contra Marcionem. Eusebius quidem in-  
tra cap. 17. ubi omnes Justini libros enumerat, il-  
lius contra Marcionem libri mentionem facit. Po-  
test tamen excusari Eusebius. Id enim solum dicit,  
Justinum scripsisse librum contra Marcionem,  
ejusque mentionem facere, tanquam hominis  
qui adhuc vitam agebat, dum ipse scriberet. At-  
que hæc duo probat Eusebius ex Justini loco qui  
est in Apologetico 2. Ita prorsus explicandus est  
hic Eusebii locus; qui in eo solum peccavit, quod  
obscurius locutus est. Unde ansam erroris præbuit  
Nicophoro.*

*πατρίπατερ πατέρες. Hæc verba defunt in vulgatis  
Justini codicibus, & superflua videntur. Duos enim  
Marcion inducebat Deos; alterum opificem, à quo  
hic mundus fabricatus fuisset; alterum majorem, qui  
majora ac præstantiora condidisset; & hunc quidem  
confiteri nos debet, illum autem negandum esse a-  
jebat. Hic est verborum Justini sensus, cui conser-  
tit Epiphanius in hæresi Marcionitarum, & Theodo-  
ritus in lib. 1. hæreticarum fabularum. Itaq; scri-  
bendum est apud Eusebium: αἱρεσὶς τοῦ πατέρος πατέρα  
Ζεύς, τὰ μικρὰ τεκτονικά τεκτονικά, &c. ut legitur in Ju-  
stino. Quippe Marcion summum illum Deum Pa-  
trem Christi esse dicebat: Christum vero è celo  
descendisse, ut mundi hujus opificem, quem Ju-  
dæorum Deum appellabat Marcion, coaugueret,  
ut scribit Epiphanius.*

### In Capite XII.

*Ανώνυμοι φιλοσόφοι καὶ σαραποὶ. In quatuor nostris co. pag. 126.  
dicibus Maz. Med. Fuk. & Saviliano scribuntur  
φιλοσόφοι, prout etiam in vulgatis Justini editioni-  
bus habetur. Sed nihilominus retinenda est al-  
tera lectio, quam confirmat Rufinus & Nice-  
photus. Nam Rufini codices manuscripti hunc  
locum ita exhibent, & Lucio Philosophi Cas-  
taris proprio filio. Justinus quoque in priore Apolo-  
gia hanc lectionem confirmat, cum ait: εἰ πρέπει τὰ  
εὐτέλη εἰ τοπράτοι, οὐδὲ φιλοσόφους καὶ σαραποὺς πατέρα.*

qui locus, ut obiter moneam, mancus videatur & multus, nisi suppleatur hoc modo: *αὐτοράτος οὐδὲ καλούει φιλοσόφῳ οὐδὲ φιλοσόφῳ, &c.*

*κατόπιν φυσεῖ τῷ.* Lucius naturalis erat filius Alii Veri Cæsarum quem Hadrianus adopta verat. Quo mortuo, cum Hadrianus Antoninum Pium adoptaret, eam legem adoptioni imposuit, ut Pius Marcius & Lucium sibi filios adoptaret, ut scribunt Spartanus & Capitolinus. Alii tamen Lucium à Marco adoptatum esse dicunt, ut refert Capitolinus in Marci vita. Quare in his Justini verbis Cæsarem Philosophum non alius intelligere possumus quam Alium Verum, eum qui ab Hadriano est adoptatus. At enim Justinus Lucium natura quidem fuisse filium Cæsaris Philosophi, adoptivum vero Antonini Pii. Atqui constat Lucium Alii Veri naturalem ac proprium filium fuisse. Igitur Philosophi Cæsaris nomine, non alius intelligi potest quam Alius Verus. Nam si eo nomine Marci intelligamus, tum dicendum erit falli Justinum, qui Lucium naturalem Marci filium fuisse crediderit; cum ramen Lucius non natura, sed adoptione tantum Marci filius esse potuerit. Quis autem credit, tantum errorem à Justino admitti potuisse. Satis est ergo, in hoc Justini loco Philosophi Cæsaris nomine Alium Verum intelligere. Verum duo sunt, quæ huic interpretationi videntur repugnare. Primum est, quod cognomen Philophilus latenter convenire potest Alio Vero. Fuit quidem Alius Verus is qui ab Hadriano est adoptatus, eruditus in literis, & poetice in primis studiis, ut in ejus vita tradit Capitolinus, sed Philosophia deditum fuisse nemo veterum prodidit. Motibus certe fuit longe alienis a studio ac professione Philosophia. Deinde si Justinus Alium Verum hic designate voluisse, cur ejus nomen reticuisse. Neque enim Philosophi Cæsaris appellatio, sufficere videtur ad designandum Alium Verum, cum præsertim hæc appellatio communis sit etiam Marco. Ex his difficultatibus facile nos expedire possumus, si hunc Justini locum ita legamus, prout exhibent scripti codices *αὐτοφιλοσόφῳ, νατούει φυσεῖ τῷ*, quam quidem lectionem probat etiam Galabonus in notis ad Capitolinum in vita Marci. Nos vero eam lectionem paulo ante improbabimus. Nec fane videtur ferri posse hæc lectione, si remittentius expendamus. Sequitur enim apud Justinum *ιπαγῆται δίαις, Id est, literarum Studiosος.* Ubi vides Marco & Lucio sua cuique adjungi epitheta; & Marcum quidem Philosophum nominari, Lucium vero Studiosum literarum.

*Ιεζῆνος Πειραιεὺς Βαυκεῖνος.* Hieronymus in catalogo patrem Justini Primum Bacchium dictum esse scribit, quem fecutus est Christopheronus. Verum Bacchus avus fuit Justini. Itaque addit Justinus *τάπος Φαλεῖτας*, quod non nisi de pluribus dici potest, de patre nimis & avo.

*δανοφλανιατῆς ηιαζπόλεως.* Inepte Christopheronus vertit ex gente Flavia. Flavia dicta est Neapolis civitas Palastina, e quod colonia esset à Flavio Vespasiano deducta. Antea Sichem dicebatur. Plinius tamen coloniam eam fuisse non dicit. Postea Severus Imp. jus civitatis ei ademit, eoque Nigri partes fovisse pertinacius. Spartanus in Severo Neopolitanis Palastinensis ius civitatis

A tulit, id est, in vicis formam rededit. Porro Methodius in libro de resurrectione hoc Justinum ornatologio: *Ιεζῆνος Φαλεῖτας, αὐτὸς οὐτοῦ ξέρει πολλούς θεοὺς οὐλας, οὐτε τῷ αρτετῷ.*

*Ιεζῆνος.* Postulatum vertit Rufinus. Graci dicunt adire Imperatorem, & preces ad eum deferre, quod plerumque siebat scriptio. Existebat justusmodi libellus precum Marcellini presbyteri, oblatus Theodosio Augusto, quem nuper edidit Jacobus Sirmondus. Quisic incipit: *Deprecamur magistrum nostrum vestram, &c.* Sed & in 2. tomo operum Athanasi, referunt ejusmodi preces Arianorum oblati Joviano Augusto adversus Athanasium, qui in Graco ιερούτας dicuntur, male Interpres colliguntur. Incipiunt autem profrus eodem modo quo libellus precum Marcellini *διομεδεῖος θρησκευτικός*.

In Caput XIII.

*αὐτοράτῳ καταστῇ.* In tribus nostris codicibus Maz, Med, & Fuk. vox *καταστῇ* primam syllabam cuit, non circumflextit. Neque hoc dunt taxinlico, sed ubicumque ea vox occurrit, in illis exemplibus constanter acutitur.

*Μάρκος Αυρηλίος Αυτούριος.* Errat Eusebius qui Antonino Pio hanc Epistolam tribuit, cum sit Dni Marci, ut ex inscriptione ipsa apparet, scriptum anno 1. ejus Imperii, cum ipse esset tertium Confid. Vide Faltos Onuphrii ad annum urbis 914. Hunc Eusebii errorem vidit quidem auctor Chronicorum Alexandrinorum. Sed illam Epistolam Imp. Marci male assignavit, anno ejus 10. Eusebii errorem secutus est Joannes Naras. Scribit enim Justinus Philosophum apostolam pro Christianis Antonio Pio obtulisse, qui permotus Imp. editum ad Commune Asiae scripsit, ne illus Christianorum religionis causa punieretur; sed si quis eo nomine delatus esset, acculatore mulato reus dimitteretur. Scio quidem P. Hallonianum in notationibus ad vitam Justini cap. 5. contendere hanc Epistolam esse Antonini Pii. Sed argumenta quæ ad hujus rei probationem afferunt, parum haec mihi videntur. Nam quod ex Melitonis Apologia adducit, profrus evettit ejus sententiam. Quod Melito omnia illie rescripta Antonini Pii pro Christianis recenset; Epistolam scilicet ad Larissos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses & ad omnes Graecos. Quod si Epistola ad Commune Asiae esset Antonini Pii, eam certe non omisimus tuisset Melito, pote Asiani. Quomodo enim eam ignorare possiset, quæ publice proposita fuerat Ephesi. Cur vero alias quidem Pii Epistolas, ad Macedones & ad Achaeos scriptas commemorasset: hujus ad Iouos populares scriptæ ne mentionem quidem fecisset.

*τοῦ οἰκουτῆνος οἰκιας.* Ita Cicero Cōmune Milyzium & Commune totius Siciliae in Verrinis dixit. Però cum *κοινὴ οἰκια* dicitur, subaudiendū est *οἰκια*. Habant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulæ civitates Legatos seu Sinistros mittebant, ut docet Aristides in 4. oratione. Et Aristides quidem illic scribit, hoc concilium in superiore Phrygia convenisse, id est, Apameæ vel Synnadicis. Videtur tamen etiam in aliis civitatibus congregatum fuisse. Erant & in aliis provinciis populi Rom. hujusmodi concilia: ut concilium

provinciæ Africae, Concilium Byzacenorum, Concilium Tripolitanorum; de quibus notavi ad lib. 28. Ann. Marcellini pag. 373.

*Platonicis r̄nū ȳrō p̄lēr dñb̄l t̄l π̄t̄k̄x̄t̄. Nicēphorus post h̄c verba, addit̄ s̄c̄iūm̄. Quām̄ scri-  
pturam̄ cōfīrmat̄ Rūfinī interpretatio. Sed vos, in-  
quit, cōfīmatis: cōrum̄ quos p̄fēquim̄ fēuentian̄  
quām̄ d̄ vobis habēnt̄ dēcentes vos imp̄os eff̄.*

et s̄t̄r̄ n̄dēr̄v̄s̄ d̄p̄t̄r̄. In tribus nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. legitur s̄t̄r̄ d̄v̄n̄d̄r̄ d̄p̄t̄r̄, quam scripturam magis probo.

*Ita quidem codex Regius,*

ta sive κατηγορία, ita quidam codicis regimur cui consentit Nephorus. Verum in codice Mazarino & Fuketiano scriptum inventi τὸ δοκεῖ κατηγορίου. Codex autem Medicus scriptum habet τὸ διανόητον οὐκέπειρον. Quod si τὸ δοκεῖ legamus, referendum erit ad verbum τι Στράτιος, sicut retulit Musculus. Siverò τὸ δοκεῖ cum Maz. & Fuk. legi placet, ut referendum erit ad verbum κατηγορίου, prout retulit Langus. Sic enim vertitur: *Quibus praefabiliis etiam, dum accusari arguque videntur, pro Deo suomori potius, quam in vita manere.*

**Sed Mortes de ratione.** Legendum videtur  
et iuste, ut scriberit apud Justinum in calce  
Apologetici. Quam scripturam fecutus est Christophorus. Sic enim veritatis hunc locum: *Et infelices vestre omnium casus in religionem tanquam eo-*

rendem causam transferit. Eundem quoque sensum expressit Rufinus. Sed Graeca Antonini verba sensum hunc admittere non possunt. Optime Langus, doctus Nicophori Interpres, hunc locum ita veritatem dicit: *De te mortibus animis que vel fuere vel facti adhuc; non importunum fuerit vos qui ea de causa animum despondistis, admonere, ut scilicet res vestras cum rebus illorum conseratis.* Igitur Langus hunc locum ita legit: *ει δροντι μας θημενος αι δοποντας εταν πεισθαι τηλαθτας τη λεπτηγα ποι τη ειναις quemdmodum legitur ad calcem apologetici Justini. Quae quidem scriptura mihi vehementer placet.*

*epistola è eiusdem. Id est, proposita Ephesi. Sic in aliquot legibus codicis Theodosiani additur P. P. Roma aut Carthaginæ. Quæ nota significat illam Imperatoris legem publicè propositam esse in ea civitate. Solebant autem Imperatores, quoties aliquam Constitutionem ad omnium notitiam pervenirevissent, sua manu adscribere proponatur; ut discimus ex Novellis aliquot Valentiniiani & Majo-riani, & ex Epistola si. Juliani Aug. ad Alexandrinos, in cuius calce scriptum est: *epistola à ratiōne iustitiae**

*in rebus suis. Aliter hic sumitur Commune*

A Asia, aliter in inscriptione hujus Epistolæ. Nam in inscriptione quidem ipsa, ubi legitur M. Aurelius Antoninus Communi Asia, sumitur pro Concilio,

seu pro Legatis qui ex tota Asia Ephesum convenie-  
rant ad sacra ludosque in honorem Imperatorum. In  
fine autem Epistola, sumitur pro loco ipso in quo con-  
veniebant. Poteat etiam sumi pro templo quod com-  
mune Asiae constituerat in honorem Romae & Au-  
gusti. Exstat sane vetus nubimus Claudi Augusti

gulti. Exstat hanc vetus nummus Claudi Augusti editus à Joanne Tristano Sanctamanio, in quo templum expressum est hoc titulo R. & AUG. cum hac inscriptione ad utrumque latus templi. COM. ASIÆ. Hoctemplum Ephesi fuisse existimo, quod conveniebant omnes Asia civitates ad sacra pro salute Imp & populi Romani celebranda. Eratq; hoc templum publici juris totius Asiae, ut pote communis sumptu exstructum. Ludi quoque eodem nomine dicebantur *xerxesias*, vel in plurimi numero *renas*: quorum mentio sit in inscriptione Farnesiana & in marmoribus Arundelianis. Et hos quidem ludos Smyrnæ actos fuisse docent supradictæ inscriptions, & nummus Imperatoris Severi apud Tristano hoc titulo: **PΡΩΤΑ KΟΙΝΑ AΚΑΙ CΩΜΥΡΝΑΙΩΝ**. tamen nihil vetat quominus hos ludos etiam Ephesi actos fuisse credamus, praesertim cum hæc Epistola Divi Marci id omnino suadere videatur.

αρπάζει τὸν τορπατόρα ὑπέρ. Ita fere Graci nominant M. Antoninum, ut notavi ad lib. 27. pag. 339. Amm. Marcellini. Hieronymus in catalogo: Melito, inquit, Asianus Sardensis Episcopus, librum Imperatori Marco Antoni. Vero qui Frontonis Oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Vide cap. 27. hujus libri. Ceterum monendum est lectio ~~επειδή~~ tribus syllabis scribi in nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. Idque non hic solum sed in sequentibus libris.

In Caput XIV.

*Dico ergo tibi quod pater tuus auctoriter et plurimis. Haec verba modico intervallo se jungi debent a reliquis. Sunt enim instar indicis seu tituli, quo monemur, ex quoniam libro sequentia de prompta fuit. Idque ita facere solet Eusebius, quoties integras paginas ex aliquo Scriptore producit in medium. Verbi gratia in libro 7. cap. 32. in *τοις τε πάσαις αποτοιναρκοβίαις*, & in lib. 8. cap. 10. Ubi licet omnibus afferat testimonium ex Epistola Phileas martyris ante *τοις Ερμούπολις γεγενητών*.*

*μαρτυρούσιν αὐτῷ τὸν αἰσιόν εὑρατοίς ταῖς.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil. nec non apud Nicephorum legitur *μαρτυρούσι τάτους αἱ* &c. Quam lectionem confirmat vetus versio Irenei. Neque verò id monuissim, sed fatis habuissim in editione nostra locum hunc emendare; nisi in hanc editionem nescio quo casu mendum irreppissem, & pro *μαρτυρούσι τάτους* editum esset *μαρτυρούσι* αὐτοῖς.

*Enȳwōn̄ iūas.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. & Savil. scriptum inveni *Enȳwōn̄ iūas.* Quæ si vera est scriptura, per interrogatum id dictum accipere oportet. Vulgatam tamen scripturam tuetur *Nicephorus ac Rufinus.* Vetus quoque Interpres Irenæi eandem *legionem*

secutus ita verit in cap. 3. lib. 3. Et ipse quoque Poly-  
carpus Marcioni aliquando occurrentis sibi, & dicent  
cognoscere nos, respondit: Cognosco primogenitum Sarane.  
Ceterum tamen vero ne hoc loco idem fere est ac salu-  
tare. Nam idcirco agnoscit se volebat Marcion, ut fa-  
lacet. Sie olim in Ecclesia fidelibus ad sacram  
mensam accedentibus, diaconus se prius inclamare  
solebat. Eni mōssete dñmōs, ne quis scilicet pro-  
fanus aut Iudeus ad sacramentū altaris accederet, ut  
docet Chrysostomus. Eodem sensu Paulus in prima  
ad Corinthios sub finem ait Eni mōssete ut rās, id  
est, salutare illos. Sic etiam Latini dicebant recogno-  
scere, ut legitur in Actis Passionis Fructuosi Epi-  
scopi.

*In ueritate.* In hujus vocis significatione mirum est quantum varient interpres. Rufinus vertit *peruadam*: *vetus Interpres Irenæi perfectissimam*; *Languis Nicephori Interpres longissimam*; *Christophorus accurate scriptam*. Occurrit eadem vox supra, ubi de Justini libro adversus Gentiles loquitur Eusebius.

*ὅμιν τοι Πολύκαρπος. Quatuor nostri codices Maz.  
Med. Fuk. & Savil. scriptum habent ὅμιν γέτοι.*

In Caput XV.

*ηγράφεται φιρόμενον.* Ita legitur in codice Regio; sed quatuor reliqui, Maz. scilicet & Med. cum Fuk. ac Saviliiano scriptum habent *ηγράφω*: *ηγράφεται*, quod non probbo. Nicephorus certe vulgatum scripturam tuerit. Sic enim habet: *ηγράφεται* δ' *ηγράφω* τὸ μαρτύρειν αὐτὸν θέριται. Paulo post in ilidem exemplaribus Maz. Med. & Fuk. legitur *ηγράφεται*, *ηγράφεται* καταθέση, quæ collocatio verborum videtur eleganter.

Ἐκατὸντος παροιδίας. Scribendum videtur ταῦτα πάτητον παροικίαν. Quod cōfirmat Epistola ipsius inscriptio qua sic habet; Ἡ ἐκκλησία τῷ Θεῷ παροικότα εἰμινα, τῇ παροικήᾳ δὲ φιλοιμελίᾳ ψάτας Ἡ κατὰ πάτητον τῆς αγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροιδίας. Certe in hac inscriptione nulla fitmentio Ecclesiarum Ponti. Nam Philomelium non est urbs Ponti, sed Lycaonia ad Plinius scribit, aut ut alii, Pisidiae. Sic enim in Actis Concilii Chaleondensis, Paulus quidam Philomeliensis nominatur inter Episcopos Pisidiæ.

*Fag. 129.* Χαριτωνας τον διωγμον. Non dubito quin plerique hoc loco ægre laturi sint, quod Eusebius epistolam hanc de Polycarpi martyrio scriptam, integrum nobis exhibere noluerit. Sed nequam difficile erit, huic studiorum hominum cupiditatibus facere. Etenim de centibhinc annis integra haec Epistola Londini edita est à Jacobo Usserio Armachano. Quare opera pretium facturus mihi videor, sive quæ ab Eusebio hic prætermissa sunt, ex editione Anglicana supplevero; ne quid hoc loco Studiosi desiderare possint. Idque eo libenter facturum, quod vetus Interpres hujus Epistole, quem una cum Græco textu edidit Usserius, plerisque in locis, sed maxime in exordio ipsius Epistole, sensum minime est assecutus. Sic igitur habet Epistola.

Εγράψαμεν μήδειλθοιτα κατά τές μερτυρίσαταις  
καὶ τακαέσιν πολύκαρπον, οἵ τε ωπαῖς ἀποφράγματη  
μαρτυρεῖσθαι κατίπαυσε τὸ διώχμον· σχεδὸν γοῦ πάντα  
τὰ φρεγγούσαται θύεστο, ινά μηδὲ κύειος αὐτῷ θεραπείη.

γράπτι τιμωρίαν. Καρτελούσι τὸ παιδίον, τῷ ἀρρένῳ  
εποδέστην δέσμον, μήτρα καὶ πτερεῖς, μὲν τῷ  
επικαθιώσαντοις ὁ σταλόν, αὐτὸν ληφτὸν πρέχοντας· οὐδὲ  
τὸν ὄφεαν αυτοπελέοντας· Σύντομον μετὰ τοῦτον τὸν εἰσιθεμα-  
τικὸν κατακαίρησθαι τὸ παιδίον· κατέκαθισθαι δὲ τὸ παι-  
δίον τοῦτον ἐπελθεῖν· οὐδὲ μὴ τούτου τοῦ θείου εἰστον, τὸ Σιλη-  
νικὸν παιδίον φύσισθαι, αἰσθέσας εἰς τὰ παρόντας, οὐ κα-  
τατάσθαι διαλέχθων αὐτοῖς· Θαυμαζόντων δὲ τὸ παιδίον  
τὸν ὄφεαν ἀπὸ τῆς τολμασθῆς, τινὲς δὲ τοῦτον ἡ τοσαύτη  
ανοίκητον τὸν θείον παιδίον τοῦτον φρονέσθων ἀνθρακῶν;  
Ιδίωσαν αὐτοὺς τούτους εὐελεύσθεις θείους φαγεῖν τὴν πεν-  
τελίκην τὴν ὥραν, οὗτον δὲ βούλαντα ἐξαπίστατο δὲ αὐτούς,  
ταῦτα αὐτοῖς ὅγαναν περιστέλλειν αἵρεσις, ταῦτα δὲ πεπρε-  
ζεῖσθαι, ταῦτα προστύχαστο, πλάκην ὡν τὸν χάρακόν  
τον οὐτας αἵρεσις δέσμον ὕστερας, μηδικεῖται παντοῖοι,  
οὐδὲ πλάκησθαι τοὺς ἀνοίκητας πολλούς τε μεταροῦσιν  
τοῦ πλάκαν θείου τοιούτον θεοπρεπῆ φρεστήν. οὐδὲ  
επιτίπειρος τὸν προστύχαστον· & cetera, ut habentur  
apud Eusebium nostrum pag. 131. Hanc autem E-  
pistolam nos latino sermone interpretati sumus in  
hunc modum:

Scriptimus vobis fratres, tum de reliquis martyriis  
bus; tum de beato Polycarpo, qui martyrio suo velut  
signaculo quodam persecutioni finem imposuit. Cumilla  
eum ferè qua praecesserunt, idcirco gesta sunt, ut ex  
Evangelii preceptis expressim arique adumbratum  
martyrium Christi in eis nobis ostenderet. Exspecta-  
bati quippe Polycarpus donec tradereatur, quemadmo-  
dum Dominus expellavit, ut nos quoque imitatores  
eius essemus; non solum nostra, verum etiam proximo-  
rum saluti consilentes. Vera siquidem ac solida chari-  
tatis proprium est, non sua duntaxat incolamitatis cu-  
ram gerere, sed omnia fratribus salutem concupisci-  
re. Beata quidem ac generosa fuisse atendum est cum  
la martyris, que ex Dei arbitrio ac voluntate gesta  
sunt. Quippe nos qui præceteris religiosi sumus, omnium  
rerum arbitrii ac potestatem Deo adscribere oportet.  
Certe magnitudinem animi illorum ac tolerantiam  
erga Dominum fidem ac benevolentiam, quis non maxi-  
mè admiretur. Qui cùm flagris ita conficerent, ut  
tota corporis compago ad intima nūque venia & arte-  
rias spicaretur, nihilominus sustinuerant. Adeo ut  
omnes qui aderant, miseratione capti ingemiscerent:  
ipsi vero tanta fortitudine prædicti essent, ut nemo illo-  
rum suffirerit aut geminius mediderit. Ostendebant se-  
lices nobis martyres Christi, se à propriis corporibus  
qua pro peregrinatis fuisse dum torquentur: aut potius  
Christum ipsi adestisse & familiariter cum ipsis esse  
versatum. Christi igitur gratia fulti ac sustentati, ho-  
minum tormenta spernebant, unius hora spatio se ab  
eternis cruciatibus redimentes. Frigidus ipfis videba-  
tur immunitum carnificum ignis. Quippe qui in animo  
habent, aeternum illum nec ullo unquam tempore ex-  
tingendum igne evitare: & mentis oculis desfixos  
habentem in primis, quæ viros fortes post malorum to-  
lerantiam manent: quæ nec annis audiret nec oculis  
vidit, nec hominum sensus aut intelligentia compre-  
hendit: ipsi vero tunc ostendebantur a Domino, ut  
pote qui non homines amplius, sed Angelis essent. Sed  
obi qui ad bestias erant condemnati, cùm diutissime  
in carcere detinerentur, gravissimos cruciatum pertur-  
berunt; partim muricibus ipsorum corpori substrati;  
partim alio cuiusquemodi suppliciis exercutati:  
misericordi posset, tormentorum afflaintate eos tyrannus  
ad negandam Christi fidem adduceret. Multa siquid-

A dem adversus illos exegitavit Diabolus. Sed ju-  
vante Christi gratianis bil contra cunctos proficeret va-  
luit. Nam fortissimus Germanicus, tolerantie sus  
magnitudine ceterorum imbecilitatem roborabat:  
qui quidem illustris certamine adversus bestias de-  
pugnavit. Nam cum Proconsul verbis cum  
fletere vellet, moneretur ut suam ipso statem mi-  
serarentur, ille bestiam ultra ad se attraxit, cogens il-  
lam ac provocans, quod scilicet ex hoc impio atque in-  
justo seculo velocius emigaret. Exinde universa po-  
puli multitudo, fortitudinem pie ac religiosa Christiani-  
orum gentis magnopere admirata, acclamavit: Tel-  
le impios: Polycarpus requiratur. Quidam verò  
oriundus è Pterygia Quintus nomine, qui nuper ex pa-  
triis adveniens, cum bestia vidisset, pavore con-  
cussus est. Hic porro erat quid alios perpulerat, ut ul-  
trō secum ad tribunal judicia pergerent. Hunc Procon-  
sul blandis persuasione illatum eò adduxit, ut jurare ac sacrificaret. Nos itaque, fratres, non proba-  
mus eos qui ultra accedunt ac semelipos produnt: cùm  
alter præcipiat in Evangelio. Admirabilis autem  
Polycarpus, primum quidem nullatenus communis est  
cùm ista geri audiret: sed in urbe permanere decreverat.  
Pliores tamen ei persuaserunt ut secederet. Se-  
cessit ergo in agellum quendam band procul à civitate.  
Illi cum paucis comitibus morabatur, diu nocturne  
orationibus intentus, quas pro cunctis hominibus & pro  
universis per orbem terrarum Ecclesias, ut moris ei fuit,  
ad Deum fundebat. Triduo vero antequam compre-  
henderetur, inter orandum oblatia est ei calitus visio.  
Videbat enim cervical suum igne consumi. Et mox  
conversus ad comites suos, propheticis spiritu dixit: Vi-  
vum me cremari oportet. Porro cùm instarent qui  
illum requirebant, migravit in aliam villam. Statim  
que advenierunt illi quipsum indagabant: Etcum il-  
lum non reperissent, duos servulos comprehendenterunt:  
Quorum alter tormentis subditus, latebrame eius indi-  
cavit. Certe latere non poterat, quandoquidem domes-  
tici eius erant qui ipsum prodiderunt. Et Irenarchus  
qui & Jeronomus dicebatur, cognomento Herodes,  
omni opere contendebat, ut ipsum ad stadium adduceret:  
quod scilicet Polycarpus quidem propriam sortem imple-  
ret, consors Christi factus: proditores autem illius iisdem  
quibus Iudas pauci afficerentur. Igitur diognite &  
equites, assumptos secum paucos egressi sunt feria sexta sub  
horam cena, armis consuetis instructi, tanquam ad-  
versus latronem currentes. Et sub vesperam simulca-  
gressi, ipsum quidem repererunt in quodam solario ja-  
centem. Unde ceni in alium locum facile migrare pos-  
set, id tamen prestare noluit, dicens: Eta voluntas  
Domini. Cam ergo introisse illos cognovisset, descendit  
ē cenaculo & collocutus est cum eis. Cēmantem ambi-  
rarent omnes statim illius atque constantiam, qui-  
dam ex iis dicebant: Cur tantum adhibetur studium  
ut huiusmodi senex comprehendatur. At ille confessus  
eis cum potu eis apponi jussit, quantum ipsis voluissent:  
Petitique ab eis hora statum, quo libere & absque im-  
pedimento oraret. Quodcum ipse concesserit, stans ille  
oravit plenus gratia Dei, adeo ut ipse quidem diu arum  
horarum spatio filere non posset: auditores vero admis-  
eratione stupesciti tenerentur: multoque eorum peni-  
teret, quod tamque divinum senem capti vesi-  
nissent. Finita oratione & cetera, ut habentur in lib:  
4. editionis nostre pag. 11.

τον τε κύκλῳ φεγγάρας διώμισαν. In quatuor pag. 129.

i iii

codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil. particula conjunctiva additur hoc modo πατερέσαι γάρ φασὶ τούς ἐν κύλῳ φέρεις ὀπασκή θιαμίνεις. Vulgatam tamē lectionem magis probo.

τοῦ δὲ θαλάτην πόνους. Rufinus murices vertit. Genus est marinae cochlea seu concha, cuius mentio fit in veteri Epigrammate nondum edito Quinti cuiusdam, ubi Damis piscator Apollini Acri-  
tē huiusmodi concham dedicat.

Αρχίτα Φοίων, βιθυνίδος ὁ τόδε χώρης  
Κράτερον αἰγαλοῖς γειτονεστὶ ἔχει.  
Δῆμος ὁ κυρτεύτης, Φύρμων γαρ αὖτις ἴγειδεν  
Φρουρτὸς κήρυξ αὐτοφοεῖ σπάλλοτε  
Θάλαττας λιτός μέρη, εἰπειτὴν δὲ τὸ πραΐς  
ἴνυζε μέρη @ νούσον εὗτος ιδεῖν αἰδίλιον. Id est,  
Acritae Apollini, qui hanc oram Bithynia  
Litoribus vicinam tenet:  
Damis piscator, qui semper rete adarenam usque  
demittit,  
Muricem nativo vallo munitum  
Dicavit senex; leve quidem donum, sed tamen pie-  
tatis causa;  
Precatus ut absque morbis admanas descendas.

Ἐπαρνύντα τοῦ θεοῦ χάριτον τὸν ἵματον, &c.  
Verba ipsius Epistole quam superius excipiimus, longe alium sensum exhibent. Neque enim scipsum, sed sociorum animos exemplo suo confirmasse dicitur Germanicus. ἐγάρ οὐαστας @ Γερμανίδος  
ἐπερπάντων ἀντὶ τοῦ δειλιαν ἔστι τοῦ εἰς αὐτῷ ἔπειρα-  
νται. Qui sensus mihi quidem magis placet.

ἀνθρώπου βίου ἀπαλλαγήν. Hoc loco vocem restituimus, que in Regio quidem codice debeat. sed in tribus nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. & in exemplari ipsius Epistole legitur hoc modo: ἐγάρ  
τάχιον τὸν ἀδικεοῦντα βίου ἀντὶ τοῦ ἀπαλλαγήν.

τὸν καθέλου τε ἄρρεν. In codice Maz. & Fukiano καθέλου scribitur quidem una voce, aspero tamē spiritu media syllaba prænotatur.

τῆς σωτηρίας εὐδαιμονία. Rufinus verbi salutem signitia perdere. Musculus verò salutem suam prodare. At Christophorus uberior ut solet & prolixius interpretatus est hoc modo: Et tandem salutem produc-  
ta manus preignavia adesse. Sane aliquid hic videatur deesse. Neque enim Græce dicitur εὐδαιμονία τῆς σωτηρίας, nisi forte subaudias εὐεξία. Nec immerito quis suspicetur scribendum esse εἰνεστρατῆς σωτηρίας, εὐεξίας.

Ἐγάρ οὐαστας ινταδεῖ τοῦ προσώπου. Codex Regius quem multis in locis à reliquis exemplaribus discrepare monuimus, scriptum habet ινταδεῖ τοῦ προσώπου. Quam scripturam confirmare videtur Nicēphorus, & Eusebius ipse, qui paulo antea de Polycarpo ita loquitur: τὰ μέρη φρωτα τούτων αἰνόσατα, αἴταρα κανθαρίνας, ινταδεῖ τοῦ προσώπου τοῦ αἰνότον φοδάξατα. Rufinus quoque ita legisse videtur: sic enim vertit: Ιανταδεῖται σμηνεύτων αἰνότον. Longe rectius in codice Mazarino ac Medicæo legitur εὐεξίαν με-

ter. Atque ita Rufinum legisse ex interpretatione eius appetat. Sic enim vertit: Μεμνησαν  
οmnium quoſcumque noſſe potuit. Vetus quoque in-  
terpres hujus Epistola quem Jacobus Usserius edidit, non aliter legisse deprehendit. Veritatem  
Facta omnium mentio notorum ignoramus. Eodem  
fere modo Langus interpretatur, quisq[ue] ge-  
co legeretur εὐεξίαν. Potissimum precationem  
finuit, in qua omnium qui aliquando secum dixerat  
fecit mentionem.

οὐ ταῦτα τρία, αὐτὰς οὐτοις. Nostri codices Maz.  
Med. & Fuk. scriptum habent τριῶν.

οὐτοὶ ταῦτα τρία. De hoc magno Sabbathi  
variae sunt doctorum hominum opiniones. Ag-  
dius quidem Buecherius in libro de Paschalī Jude-  
rum cyclo cap. 8. magnum Sabbathum ait dici, in  
quod prima Azymorum dies incidisset. Id autem  
contigisse anno vulgarī Natalis Domini 169. die  
26. Martii: quo die paſtū esse Polycarpum auctore  
Chronici Alexandrinī disertè testatur. Sed han-  
cipionem reprehendit Jac. Usserius cap. 3. de anno  
Macedonico. Negat enim Sabbathum illud in quod  
prima Azymorum dies incidenter Sabbathum iniqui-  
mōne unquam appellatum fuisse. In quo tamen  
enī non assentior. Nam prater locum ex Iosephī  
Evangelio, qui Buecherianæ opinioni omnino vi-  
deatur favere, id manifeste confirmat Anphilus  
Sinaita in orat. 5. de resurrectione quam edidit P.  
Steuartius. Cum enim, inquit, magno Sabbathū in-  
stūm Azymorum incurrente Iudei a Pilato penitentes  
corporā eorum qui crucifici erant deponebant, &c.  
Alia est opinio Edouardi Liveleii, qui Sabbathum  
magnum dici censuit illud, in quod solemniter  
Purim seu dies fortium incidenter: id autem acci-  
dē anno Christi 167. die 22. Februarii iudicio  
diuinum computum Iudeorū; quo die cognit  
esse Polycarpum, sequenti vero 23. paſtū vñ  
idem Liveleius. Sed hanc sententiam merito im-  
probavit Usserius. Nam cum hæc Epistola in qua  
Sabbati magni sit mentio, à Christianis & à Chri-  
stianos scripta sit, Christianorum potius diem  
stūm, quam Judaicam solemnitatem ab illis de-  
signatum fuisse credibile est. Adde quod hec  
opinio Liveleii prorsus dissentit ab Epistola Smy-  
næorum. In Epistola quidem Smyrnæorum Pa-  
lycarpus comprehensus esse dicitur die Pasches  
sub vesperam, sequenti verò die, qui dicitur  
magni Sabbathi perductus in urbem, & proce-  
fulari iudicio flammis absumptus. At Liveleii  
Polycarpum die Sabbathi comprehensum, se-  
quenti verò paſtū esse prodit. Tertia est opinio  
Jac. Usserii, qui Sabbathum magnum in hac Epis-  
tola dici ait illud quod Pascha proxime antecedebat.  
Neque enim Christiani aliud unquam Sabbathum  
ita appellarent, quam illud quod Paschalem so-  
lemnitatem præcedebat: seu proximè illam præ-  
cederet, ut fit apud eos qui semper die Dominicæ  
Pascha celebrant; seu diebus aliquot intercedet;  
quod siebat apud eos qui cum Iudeis Pascha ce-  
lebrabant, nulla habita ratione diei Dominicæ.  
Quorum è numero fuisse Polycarpum omnino  
totius Asiae Ecclesiæ, testatur Eusebius. Sane Iu-  
dæos Sabbathum magnum appellare illud quod so-  
lemnitatem Paschalem proxime antecedebat, di-  
scimus tum ex tractatu Schulchan Aruk: tum si

Synagogæ Judaica Buxtorfij. Porro anno Christi 169. terminus Paschalis juxta Alexandrinos fuit Martij die 29. Calippicus vero die Martii 30. vel 31. Sabbatum quod lunam hanc 14. antecepit, in Martij diem 26. incurrit, seu in diem 7. Calendas Aptiles: quo die passum esse B. Polycarpum auctorem Chronicum Alexandrinum testatus est. Verum tum in hac Usserii, tum in altera Bucherii opinione, multa sunt quæ mihi non satisfaciunt. Primum enim cur auctorem Chronicum Alexandrinum in die quidem passionis B. Polycarpi sequuntur; in anno vero ab eodem dissentient. Deinde in Actis Pionii martyris & in Menis Græcorum, natalis B. Polycarpi conferetur in diem 23. mensis Februarii. Quibus coenit etiam οντειος; seu adnotatio illa quæ legitur in fine hujus Epistole Smyrnæorum. In ea quippe disertè scribitur Polycarpum passum esse die 1. mensis Xanthicæ, id est, ante diem 7. Calendas Martias, ut recte vertit vetus Interpres. Quod quidem nos pluribus infra confirmabimus, adversus Jac. Usserij sententiam, qui Xanthicum memorem Smyrnæorum à die 25. mensis Martij incepisse dicit. Postremo nequaquam verisimile mihi videatur, Ecclesiam Smyrnæorum Sabbatum magnum more Judaico accepisse. Quamvis enim Asiani Pascha cum Judæis celebraverint, non tamen ex eo sequitur, illos Sabbatum magnum cum Judæis pariter observasse.

*Ιεραρχος ιηδων.* Irenarchæ munus erat, seditiones homines & pacis publica turbatores comprehendere, & præmissa notoria ad tribunalia judicium perducere, ut docet Augustinus Epist. 140. & 159. Hinc est quod Herodes Irenarcha Smyrnæorum, Polycarpum hic vehiculo suo excepsisse dicitur; quem scilicet per satellites suos inquire & comprehendendi iusterat. Creabantur autem Irenarchæ ex corpore curia, ut indicat lex 49. in codice Theodosiano de conurribus, in qua præpositi pacis dicuntur. In Epistolis Libanii ἀπόστολος τῶν εἰλιάων. Tandem Theodosius junior in Oriente penitus eos abolevit. Exstat eius constitutio in codice Theodosiano. Habebant autem sub dispositio- ne sua equites ac diogmitas. Erant hi levis armaturæ milites, ad persequendos & capiendos latrotes comparati. Similes pene sunt Irenarchis hi quos Præpositos Mareschallorum vulgo appellamus.

*ἀρχὴ οἱ διδύπατοι.* Hic Proconsul Asiae vocabatur Statius Quadratus. Sic enim recte scribitur in veteri interpretatione latina hujus Epistola, quam primus edidit Jac. Usserius Armachanus. Male in græco textu σπάτοι; nec rectius in Chronicis Alexandrinis ταχινοὶ exaratur. Is est, ut opinor L. Status Quadratus qui Consul fuit principatu Antonini Pj. anno urbis conditæ 895. ut legitur in Fastis Onuphrii. Eiusdem Proconsuli Asiae ministris Aristides in prima & quarta orationum sacramentum, ubi etiam illum Rhetorem vocat. Quare non dubito, quin idem sit cum Quadrato Consule, quem Philostratus Vari Sophista magistrum fuisse dicit, qui proposito arguento ex tempore declinare solitus esset, ac Favorinum Sophistam æmularetur. Quo anno Proconsulatum Asiae gesset, non dicit quidem Aristides. Verum ex eius narratione id elicere posse mihi videtur. Etenim in 4. orat. sacra-

rum ait Aristides, paulo post pestem illam quæ in Asia grassata est, Severum Proconsulem fuisse. Eusebius in Chronicis eam pestem confert in annum 8. M. Aurelij Antonini. Proinde Severus anno M. Aurelii 9. Proconsul Asiae fuit. Eodem Proconsule Aristides scribit literas accepisse ex Italia ab Imperatoribus; & seniore scilicet Augusto & ab eius filio. Ubi Augusti nomine intelligit Marcum, Filius autem Imp. est Commodus, qui jamtum Cæsar fuerat appellatus. Ante Severum proximo anno Proconsul fuerat Pollio, ut ibidem testatur Aristides. Proxime vero ante Polliolum Proconsul Asiae fuerat Quadratus noster. Sic enim ait Aristides in eadem oratione: ubi postquam ea retulit quæ POLLIONE Proconsule sibi acciderant: *Age, inquit, quasi per scalam prædientes, id quod an die hac contigit memoramus.* Cū Sophista ille, cuius paulo ante memini, Proconsul esset, &c. Hic Sophista sine dubio Quadratus est, cuius mentionem antea fecit Aristides in eadem orat. 4. ubi etiam eum Rhetorem appellat. Ita Quadratus Proconsul Asiae fuit anno 7. Imp. Marci. Quo etiam anno Eusebius in Chronicis Polycarpimartyrium refert. Falluntur itaque qui Polycarpi martyrium serius tetulerunt, anno scilicet 9. Imp. Marci. Cū enim ex Aristidis testimonijs confet, Quadratum sub quo passus est Polycarpus, anno 7. Imp. Marci, proconsulatum Asiae gesse, Polycarpi mors in eum annuntiata necesse conferenda est.

*ἐ διδύπατοι επι in codicibus nostris Maz. Pag. 132.*  
Med. & Fuk. scriptum est i διδύπατοι εφη. Σημεῖον, &c.

*ἀρχὴ οἱ διδύπατοι οἱ δέοι τηρητοί ταχινοὶ ταχινοὶ μιτάραι.* Ultima vox non videtur hic convenire. Ac libenter pro voce μιτάραι rescriberem διάνοια: quem sensum in interpretatione mea sum secutus. Idem quoque Rufino placuisse video. Sic enim ille veritatem hunc locum: *Proconsul dixit: bestias habeo quibus subrigeris (ita corexi partim ex codice Parisiensis Ecclesia; partim ex Regio) nisi cito panum ueris. At ille respondit: Adhibeantur. Nobis enim immobilitas stat sententia: nec possumus de bono ad malum per panitatem commutari.* Nicophorus quoque ut hujus loci sensum exprimeret, circumlocutione usus est hujusmodi: οὐ γέρεικα μιτάραι εφανεῖσθαι, οὐ δέοι τηρητοί ταχινοὶ μιτάραις, οὐ δέοι ταχινοὶ ταχινοὶ διάταξις τεχνα.

Quasi diceret: Noli sperare διδύπατοι, fieri posse ut me unquam pœnitiat. Nos enim unam duntaxat pœnitentiam agnoscimus, cum à vitiis ad virtutem, & ab errore transiit ad fidem. A melioribus vero ad deteriora migrare, id nequam respicere est.

*φίρε διδύπατοι.* Codex Maz. ac Med. cum Fuk. & Sav. scriptum habent φίρε διδύπατοι. Rufinus verit: *Adhibe utrum voles. Ignem scilicet aut bestias.*

*τὸν διδύπατον.* Rufinus munierarium vertit quod equidem probare non possum. Etsi enim Asiarum munera edebant, non hoc tamē erat peculiare eorum officium. Multi quippe alii hujusmodi spectacula exhibebant: verbi gratia Magistratus Municipales seu Duumviri, ut est in legge 1. cod. Theod. de spectaculis. Vertendum igitur est Asiarum. Erant autem Asiarum sacerdotes Communis Asiae. Nam cum Asiani communia habent;

templa, sacra, festos dies, & commune Concilium; A  
